AYudanſe los ſeñores de los pleytos, non tan ſolamente de los Perſoneros, de quien hablamos en el titulo ante deſte, mas aun de los Bozeros. E porque el officio de los Abogados es muy prouechoſo, (1) para ſer mejor librados los pleytos, e mas en cierto, quando ellos ſon buenos, (2) e andan y lealmente, porque ellos (3) aperciben a los Judgadores, e les dan carrera, para librar mas ayna los pleytos. Porende touieron por bien los Sabies antiguos, que fizieron las leyes, que ellos pudieſſen razonar por otri, e moſtrar, tambien en demandando, como en defendiendo, los pleytos en juyzio; de guiſa que los dueños dellos, por mengua de ſaber razonar, o por miedo, (4) o por verguença, o por non ſer vſados de los pleytos, non perdieſſen ſu derecho. E pues que de ſu meneſter tanto pro viene, faziendolo ellos derechamente, aſsi como deuen; queremos fablar en eſte titulo, de los Abogados. E moſtrar primeramente, que coſa es Bozero. E por que ha aſsi nome. E quien lo puede ſer. E quien non. E en que manera deuen razonar, e poner las alegaciones, tambien el Bozero del demandador, como del demandado. E quando el Abogado dixere alguna palabra por yerro, en juyzio, que tenga daño a ſu parte, como la puede reuocar. E como el Abogado non deue deſcobrir la poridad del pleyto de ſu parte, a la otra. E por que razon puede el Juez defender al Abogado, que non razone por otri en juyzio. E que galardon deuen auer, ſi bien fizieren ſu officio. E que pena, quando mal lo fizieren.

Ley 1. tit. 16. lib. 2. Rec.

L E Y I.

Que coſa es Bozero, e por que ha aſsi nome.

BOzero, (1) es ome que razona pleyto (2) de otro en juyzio, (3) o el ſuyo miſmo, en demandando, o en reſpondiendo. E ha aſsi nome, porque con bozes, e con palabras vſa de ſu officio.

Ley 1. tit. 16. lib. 2. Rec.

L E Y II.

Quien puede ſer Bozero, e quien non lo puede ſer por ſi, nin por otro.

TOdo ome que fuere ſadidor de derecho, o del fuero, o de la coſtumbre de la tierra, porque lo aya vſado (1) de grand tiempo, puede ſer Abogado por otri. Fueras ende, el que fueſſe menor de diez e ſiete años. (2) O el que fueſ-

Ley 1. tit. 16. lib. 2. Recop. Ley 3. tit. 1. lib. 2. Rec.

TITULUS VI. DE ADVOCATIS.

In ſumma.

(1) *Es muy provechoſo.* Adde *L. laudabilem, C. de advocat. diverſ. judicum, & L. advocati, C. de advocatis diverſorum judiciorum*, & dicit Caſsio. I. *var. epiſt.* 12. quid dignius advocationis officio; ſi per illud impendatur ornatus, quòd peregrinum negotium ad ſuas moleſtias trahit, ut laboribus ſubveniat alienis; & de advocatorum officio, vide pleniſsimè per Specul. *tit. de advocat.* ubique poſſunt objici contra eos, & de eorum veſtibus, & qualiter ſe debeant habere cum clientulis, & cum advocatis alterius partis, & cum judice; & de eorum exordiis, & arengis, & cautelis.

(2) *Son buenos.* Contra perfidos advocatos, & qui non plena fide defendunt clientulos, vide gloſ. *in cap. irreligioſum 87. diſtio.* & dicit Lucas de Pen. *in lege 1. C. de lucris advocatorum, lib. 12.* quòd hodie plus ad ſubverſionem veritatis, quàm ad lucidationem juſtitię exercetur, audi Auguſtinum ad Macedoniam, ſi juſtitiæ ſyncerius conſulatur, juſtius dicitur advocato, redde quòd accepiſti, quandoque contra veritatem ſtetiſti, iniquitatibus affluiſti, judicem fefelliſti, juſtam cauſam oppreſsiſti, de falſitate viciſti; & ſubdit Lucas de Pen. ubi ſupra, quòd decet virum ſenem morti vicinum ab advocationis officio abſtinere; adducit illud Apulei ſecundo de magia, neque inceptio patrociniorum capulari ſeni congruiſſet; & exponit capulari, id eſt, ſeni, capulus enim dicitur, in quo mortui inferuntur.

(3) *Porque ellos aperciben.* Non tamen compellitur advocatus conſulere judici in eadem cauſa, in qua eſt advocatus; vide Bartol. *in lege penultima, ff. de his quæ in teſtamento delentur.* In alia verò compelli poteſt, ſecund. eum, & hoc idem habetur *in lege 2.* ubi Joannes de Plat. *C. de proximis ſacrorum ſcriniorum, lib. 12.*

(4) *O por miedo.* Præſertim pro pauperibus, qui inter divites accedere non audent, ſecundum Chriſoſtomum.

L E X I.

Advocatus eſt, qui litis ſuæ, vel alienę merita judicio agendo, vel defendendo proponit. Et dicitur advocatus, quia vocibus proponit. Hoc dicit.

(1) *Bozero.* Non intelligas, quòd quicunque aſsiſtunt defenſioni cauſæ, ſeu allegant, dicantur advocati, ſed illi qui ſint litterati, & ſtuduerunt ſaltim per quinquenium, *ut in lege memini, C. de advocat. diverſ. judic.* vide infra *L. proximam*; unde procuratores, & alii qui aſsiſtunt cauſæ, non dicuntur advocati. Bart. *in lege 1. §. advocatus, ff. de variis, & extraordin. cognition. &c.* & ibi vide, an qui privatè conſulit in camera, dicatur advocatus; & ibidem quòd qui prohibetur advocare, non prohibetur à judice aliquid gratis impetrare, attendenda eſt mens quare prohibetur. Vide quòd dicit ibi Paul.

(2) *Razona pleyto.* Concordat L. 1. §. *poſtulare, ff. eodem.*

(3) *En juyzio.* Nam non dicitur advocare, qui judicem alloquitur, vel ei cedulam mittit, *L. Paul. §. Paul.* & ibi Bart. *ff. de legationibus.*

L E X II.

Quilibet vir peritus fori, aut ex longo uſu poteſt eſſe advocatus, niſi ſit minor XVII. annorum, vel ſurdus, fatuus, prodigusve curatorem habens. Et iſti nec pro ſe poſſunt patrocinari, nec religioſus, vel regularis, niſi pro factis Eccleſiæ ſuæ. Hoc dicit.

(1) *Porque lo aya vſado.* Vide Specul. *tit. de advocato, §. 1. verſic. item quòd non habet peritiam litterarum*; & ibi Joan. Andr. in addit. qui inclinat, quòd niſi ſit juriſperitus, non poteſt eſſe advocatus; & reſpondet ad *L. certi juris, C. de judic.* quòd eſt diverſa ratio in judice, qui per alios poteſt inſtrui, quòd non eſt in advocato: iſta lex videtur approbare opinion. *gloſ. in lege 2. C. de poſtulando*, quam & tenet Angel. *in lege 1. §. poſtulare, ff. eodem*, Albericus ibi diſtinguit forum, in quo jura ſervantur à foro, in quo non ſervantur, ut in primo non poſsit, in ſecundo ſic, vide ibi.

(2) *De diez e ſiete años.* Debet habere XVII. annos completos, ut hic, & L. 1. §. *pueritiam, ff. de poſtulando*; & licèt culpa talis advocati juvenis perdatur cauſa, non tenetur ipſe, ſed imputet ſibi, qui illum elegit, vide gloſ. &

fueſſe ſordo, (3) que non oyeſſe nada. O el loco. (4) O el deſmemoriado. O el que eſtouieſſe en poder ageno, por razon que fueſſe deſgaſtador (5) de lo ſuyo. Ca ninguno deſtos, non deue ſer Bozero por ſi, nin por otro. E eſſo miſmo dezimos, que Monge, (6) nin Calonge reglar, non pueden ſer Bozeros por ſi, nin por otri. Fueras ende por los Moneſterios, o por las Igleſias, do fazen mayor morança, o por los otros logares, que pertenezcan a eſtos.

L E Y III.

Quien no puede abogar por otri, e puedelo fazer por ſi.

Leyes 1. y 15. tit. 16. lib. 2. Rec. NInguna muger, (1) quanto quier que ſea ſabidora, non puede ſer Abogado en juyzio por otri. E eſto por dos razones. La primera, porque non es guiſada, nin honeſta coſa, que la muger tome officio de varon, eſtando publicamente embuelta con los omes, para razonar por otri. La ſegunda, porque antiguamente lo defendieron los Sabios, por vna muger que dezian Calfurnia, que era ſabidora: porque era tan deſuergonçada, que enojaua a los Juezes con ſus bozes, que non podian con ella. Onde ellos, catando lo primera razon que diximos en eſta ley, e otroſi veyendo, que quando las mugeres pierden la verguença, (2) es fuerte coſa de oyrlas, e de contender con ellas. E tomando eſcarmiento, del mal que ſufrieron de las bozes de Calfurnia, defendieron que ninguna muger non pudieſſe razonar por otri. Otroſi dezimos, que el que fueſſe ciego (3) de ambos los ojos, non puede ſer Abogado por otri. Ca pues non vieſſe el Judgador, non le podria fazer aquella honrra (4) que deuia, nin a los otros omes buenos, que eſtouieſſen y. Eſſo miſmo dezimos de aquel contra quien (5) fueſſe dado juyzio de adulterio. O de traycion. O de aleue. O de falſedad. O de homicidio que ouieſſe fecho a tuerto. O de otro yerro, (6) que fueſſe tan grande como alguno deſtos, o mayor. Pero como quier que ninguno deſtos non puede abogar por otri, bien lo podria fazer por ſi miſmo, (7) ſi quiſieſſe, demandando, o defendiendo ſu derecho.

L E Y IIII.

Como aquel que lidia con beſtia braua por precio quel den, non puede ſer Bozero por otri, ſi non en caſos ſeñalados.

NOn puede (1) ſer Abogado por otri, ningund ome que recibieſſe precio (2) por lidiar con alguna beſtia. Fueras ende, ſi ouieſſe a razonar pleyto, que pertenecieſſe a huerfano, que el miſmo ouieſſe en guarda. E defendieron, que tal ome como aqueſte non pudieſſe abogar. Porque cierta coſa es, que quien ſe auentura a lidiar por precio con beſtia braua, non dubdaria de lo recebir, por hazer engaño, o enemiga, en los pleytos que ouieſſe de razonar. Pero el que lidiaſſe con beſtia fiera, non por precio, mas pot prouar ſu fuerça; o ſi recibieſſe precio por lidiar con tal beſ-

tia,

& Angel. *in dicto* §. *pueritiam*: qui inducit contra tutores, & adminiſtratores conducentes juvenes, advocatos, & ibi ſubdit non confidas in medico novo, qui eſt homicida parentum, nec in advocato novello, qui eſt confuſor litium: conſulit tamen Specul. *tit. de advocato*, §. *utriuſq. colum.* 1. ut advocatus antiquus timeat novum, qui leges, & jura habet in promptu, tanquam noviter ex ſtudii fornace eductus, conſulit, & novo, ut potius ſumat partes rei, quàm actoris: vide ibi, & adde Alberic. *in lege providendum, C. de poſtulando*, ubi inducit illud, medicus novus peſtis in patria, & quòd utiliores ſunt antiqui advocati, licèt minoris ſcientiæ, propter practicam.

(3) *Fueſſe ſordo.* L. 1. §. *propter caſum, ff. de poſtulando.*

(4) *O el loco.* Concordat *cap. tria* 3, *quæſt.* 7.

(5) *Deſgaſtador.* Non memini unde ſumatur fortè, quia prodigus æquiparatur furioſo, ut *in lege* 1. ubi Bartol. *ff. de curator. furioſ. & in lege is cui bonis*, ubi Jaſ. *col.* 3. *ff. de verbor. obligat.*

(6) *Que monge.* Concordat *cap.* 2. *de poſtulando*, & an ſtante paupertate monaſterii, monachus qui ex patrociniis poſſet multa lucrari, poſſit eſſe advocatus pro aliis? Vide Felin. referentem Joann. Andr. quòd non, *in cap. cum*; I. & A. *colum. penult. de re judicata.*

L *E X III.*

Mulier prohibetur pro alio advocare, ne cœtibus virorum miſceatur, & propter Calfurniam inverecundam. Item nec cœcus, quia non videret in judicio quem eſſet honoraturus, nec de adulterio, proditione, alevoſia, falſitate, aut homicidio illicitè perpetrato damnatus, aut alio delicto æquali, aut majori condemnatus. Hoc dicit. concordat L. *neque fœmina* 41. *ff. de procurator. & ff. ad Velleja.* L. 2. *ff. de regul. jur.* L. 2. & 3. *quæſt.* 7. §. *tria.*

(1) *Ninguna muger.* Concordat *L.* 1. §. *ſexum, ff. eod.*

(2) *Pierden la verguença.* Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani, ſic mulier linguata homini quieto. *Eccleſiaſtic. cap.* 25, *verſ.* 27.

(3) *Ciego.* Secus ſi uno tamen oculo, ut hìc, & *in lege* 1. §. *caſum, ff. eod. tit.*

(4) *Aquella honrra.* Sunt enim inſignia magiſtratus reverenda, ut *in dicto* §. *caſum*, & ibi Bald. & vide *in auth. de conſulibus, col.* 4. & ibi gloſ. *in parte dignos.*

(5) *Contra quien.* Adde *L.* 1. §. & *qui de capitali, ff. eod.*

(6) *O de otro yerro.* De paſſo muliebria, vide *in dicta lege* 1. §. *removet*, cum tales ſint infames ipſo facto abſque aliqua ſententia, ut declarat ibi Baul. de Caſtr.

(7) *Por ſi miſmo.* Et etiam pro eo, cujus tutor, vel curator eſſet, ut *in lege ſequenti*, nam quantumcunque infamis poteſt eſſe tutor, vel curator, quia eſt onus, ut *in lege tria onera* 3. *ff. de excuſat. tutor.* Ang. *in d. lege* 1. §. *ſed eſt æquiſſimum, ff. de poſtul.* adverte tamen, quia ſecundum contexturam *dictæ legis* 1. benè hoc colligitur; ſed prout iſta lex ſumit, non colligitur, & quando iſta lex voluit, ut admitteretur pro ſuo minore, hoc dixit, ut patet in lega ſequenti, ſed adhuc tene quòd dixi.

L E X IIII.

Prælians cum beſtia fera pro pretio, non poteſt pro alio poſtulare, niſi pro orphano, quem habet in tutela; quia præſumitur contra eum, quòd etiam pro pretio damnificabit litem; ſecus ſi abſque pretio, vel cum feris damnoſi etiam cum pretio; quia videtur pugnare gratia virtutis explendæ. Hoc dicit.

(1) *Non puede.* Concordat L. 1. §. *item ſenatus conſulto, ff. eodem*; & intellige de beſtia fera, ut ibi habetur.

(2) *Recibieſſe precio.* Et ſi nunquam pugnaret cum beſtia, nam ſufficit pretium recepiſſe, ut hìc, & vide Paul. *in dicto* §. *beſtias.*

tia, que fueſſe dañoſa (3) a los de alguna tierra; en ninguna deſtas dos razones, non le empeceria, que non pudieſſe abogar. Porque eſte ſe auentura, mas por fazer bondad, que por cobdicia de dinero.

L E Y V.

Quales pueden ſer Bozeros por ſi, e non pueden ſer Bozeros por otro, ſi non por perſonas ſeñaladas.

ENfamado (1) ſeyendo algun ome por menor yerro, que qualquier de los que diximos en la tercera ley ante deſta; aſsi como ſi fueſſe dada ſentencia contra el, por furto, o robo que ouieſſe fecho, o por tuerto, o por engaño, o por deshonrra, que ouieſſe fecho a alguno, que fueſſe lieue, aſsi como ſi de palabra, o de otra guiſa, o por otro yerro ſemejante deſtos, por que valieſſe menos, ſegun Fuero de Eſpaña; non le embarga, que non pueda ſer Abogado por ſi, o por otri en coſas ſeñaladas: aſsi como ſi ouieſſe de ſer Abogado, en pleyto que pertenecieſſe a qualquier de ſus parientes, (2) de los que ſuben, o deſciendens por la liña derecha; o pertenecieſſe a ſus hermanos, o a ſus hermanas, o a ſus mugeres, o a ſu ſuegro, (3) o a ſu ſuegra, o a ſu yerno, o a ſu nuera, o a ſu entenado, o a ſu padraſtro, o aquel que lo ouieſſe aforrado, o alguno de ſus hijos, o a huerfanos que el miſmo ouieſſe en guarda. E ſi por alguna otra perſona quiſieſſe abogar, que non fueſſe deſtos ſobredichos, non deue ſer cabido; maguer la otra parte, contra quien quiſieſſe razonar, otorgaſſe, que lo pudieſſe fazer. Otroſi dezimos, que Judio, (4) nin Moro non puede ſer Abogado por ome que ſea Chriſtiano; como quier que lo pueda ſer por ſi, e por los otros que fueſſen de ſu Ley.

L E Y VI.

Como el Judgador deue dar Bozero, a la Parte que gelo demandare.

BIuda, e huerfano, e otras perſonas cuytadas, han de ſeguir a las vezes en juyzio ſus pleytos. E porque aquellos con quien han de contender ſon poderoſos, acaeſce que non pueden fallar Abogado, que ſe atreua a razonar por ellos. Onde dezimos, que los Judgadores deuen dar Abogado (1) a qualquier de las perſonas ſobredichas, que gelo pidiere. E el Abogado, a quien el Juez lo mandare, deue razonar por ella, por meſurado ſalario. (2) E ſi por auentura fueſſe tan cuytada perſona, que non ouieſſe de que lo pagar, deuele mandar el Juez que lo faga por amor de Dios, e el Abogado es tenudo (3) de lo fazer. E ſi la parte ouiere de que pagar al Abogado, entonce dezimos que ſe deue auenir con ella.

L. 28. tit. 16. lib. 2. Rec.

L. 16. tit. 16. lib. 2. Rec.

L E Y VII.

En que manera deuen los Abogados razonar los pleytos en Juyzio, en demandando, e en reſpondiendo.

DEpartidos ſon los officios, de los Judgadores, e de los Abogados. Ca los Bozeros deuen razonar en pie, eſtando ante aquellos que han de judgar. E los Juezes deuen oyr, e librar los pleytos, eſtando aſſentados, aſsi como dize en el titulo que fabla dellos. E porende dezimos, que quando los Judgadores mandan a las partes, que digan, e razonen todas aquellas coſas, que quieren dezir en aquel pleyto; que primeramente ſe deuen leuantar, (1) a dezir, e razonar, el demandador, o ſu Bozero. E en comienço de ſu razon, deue ro-

Hec lex que precipit Advocatos non sedere coram Judice correcta est per L. 25. tit. 16. lib. 2. R. atque usu receptum vidimus que permittit sedere posse. Vid. Olanno in Concordia n. 75. lit. A.

gar

---

(3) *Que fueſſe dañoſa.* Refert Angel. *in dicta lege* 1. §. *beſtias, ff. eodem*, de beato Georgio, qui occidit ſerpentem cum filia Regis eidem ſerpenti ducebatur ad eſum, ut habetur in ſua legenda, & de beata Martha, quæ occidit Taraſcurum: & ſic actus alias reprobatus, permittitur ratione publicæ utilitatis; vide ibi Alberic. & Angel. poſt Guiliel. de aſcendentibus arbores altas, cauſa colligendi fructus, vel turrim cauſa columborum, vel cacumina ædificiorum, quòd non ſunt infames; non tamen prędictis, ſi producantur in teſtes, integra fides adhibetur ſecundum eos.

L E X V.

Damnatus furti, rapinę, injuriarum, vel alterius delicti, quòd non ſit de enumeratis *in lege* 3. ſupra eod. poteſt pro aſcendentibus, & deſcendentibus fratribus, uxore, ſocro, genero, vitrico, privigno, patrono, aut ejus filiis; & pro pupillo, vel adulto, cujus tutelam, vel curam gerit poſtulare, non pro aliis, etiamſi pars altera conſentiat. Item infidelis non poteſt poſtulare pro fideli, poterit tamen pro ſe, vel alio infideli. Hoc dicit.

(1) *Enfamado.* Adde *L.* 1. §. *hoc edicto, ff. eod.*

(2) *A qualquier de ſus parientes.* Idem intellige in quocumque alio prohibito poſtulare à lege, vel ſtatuto, vel à judice, vide Angel. *in lege* 1. §. *ait prætor, ff. eodem.*

(3) *O a ſu ſuegro.* Intellige, affinitate durante, *L. affinitates, ff. eodem.*

(4) *Que Judio.* Concordat *L. nemo, C. eodem*, & vide Specul. *tit. de advocato*, §. 1. *in princip.* ſed quid ſi iſti, vel alii prohibiti poſtulare poſtulent judice fortè ignorante, an teneat proceſſus? Specul. ubi ſ. tenet quòd ſic, & idem tenet Alberic. *in dicta lege* 1. §. *hoc edicto*, poſt Guiliel. & Bald. *in dicto* §. *ait prætor, in fine.*

L E X VI.

Pupillis, aut viduis, vel aliis miſerabilibus perſonis petentibus advocatum tenetur judex eis dare pro congruo ſalario, ſi habuerint unde ſolvant; alias tenetur advocatus amore Dei patrocinari. Hoc dicit.

(1) *Deuen dar abogado.* Adde *L.* 1. §. *ait prætor* 1. *ff. eod. & cap.* 1. *de offic. judicis*; & *L. nec quicquam*, §. *fin. ff. de offic. proconſul.*

(2) *Meſurado ſalario.* Vide infra eod. *L. penult.*

(3) *Es tenudo.* Adde in ordinationibus advocatorum, quæ ſunt *in Pragmaticis, verſic. otroſi mandamos, que ningunos clerigos*; & vide Abb. *in cap. de offic. judicis*, & *LL.* 4. & 5. *tit.* 19. *lib.* 2. *ordin. regalis.*

L E X VII.

Judex debet audire lites ſedendo: advocatus autem patrocinetur ſtando, & primò proponat advocatus actoris merita cauſæ: ſuperflua dimittendo, verbis ornatis ſub modeſtia vocis: neque aliquis ejus propoſitionem interrumpat. Deinde advocatus rei ſimiliter jura ſuæ partis exponat. Contra autem faciens poteſt per judicem coram eo vetari poſtulare. Hoc dicit.

(1) *Se deuen leuantar.* *L.* 1. *C. de offic. civit. judic.* & cum non orat, ſedebit, ut *in lege. fin. C. de offic. diver. judic.* in uſu tamen ſedentes orant: tantum eſt in uſu ut reverenter tollant pileum in principio orationis.

Leyes 4. 16. y 25. tit.16. lib. 2. Recop. L. 29. tit. 5. lib. 2. Rec. Leyes 3. y 4. tit.16. lib. 2. Recop. Aut. 2. tit.16. lib. 2. Rec.

gar al Judgador, (2) e a los que y eſtouieren, aquel oyan, faſta que acabe, lo que ha de dezir en aquel pleyto. Ca aſsi como dixeron los Sabios antiguos, (3) aquel que dize ſus palabras ante otros, pierde aquel tiempo en que las dize, ſi non le oyen bien, e non las entienden. E demas, tornaſele como en manera de verguença. E deſpues deſto deue començar a recontar el pleyto, como paſſo, e poner ſus razones, lo mas apueſtamente (4) que el pudiere. E ſi por auentura fueſſen muchos Bozeros de vna parte, el vno dellos deue razonar, e non mas. E eſtonce deuenſe acordar; (5) todos en vno, en que manera diga aquel que deue razonar. E haſe mucho de guardar, que non diga ningunas palabras ſobejanas, (6) ſi non aquellas que perteneſcen al pleyto. E otroſi deue fablar antel Juez manſamente, e en buena manera, e non a grandes bozes, (7) nin tan baxo que lo non puedan oyr. E deſpues que ouiere razonado todo ſu pleyto, haſe de leuantar el Abogado del demandado, e poner ſus defenſiones, razonando aquellas coſas, que pertenecen a ſu pleyto, en aquella manera que diximos del Bozero del demandador. E ſobre todo dezimos, que non deue ninguno dellos, atraueſſar, (8) nin eſtornar al otro, mientra razonare. E otroſi guardarſe, de non vſar en ſus razones palabras malas, (9) e villanas. Fueras ende, ſi algunas perteneſcieſſen al pleyto, e que non pudieſſen eſcuſarſe. E el Abogado, que deſta manera razonare, deuele el Judgador honrrar, e caber ſus razones. E a los que contra eſto fizieſſen, puedeles defender, que (10) non razonen antel. (11)

L. 29. tit. 5. lib. 2. Rec.

L. 59. tit. 5. lib. 2. Recop.

LEY VIII.

Quando el Abogado dixere alguna palabra por yerro en Juyzio, que tenga daño a ſu Parte, como la puede reuocar.

LAs palabras, e las razones, que los Abogados dixeren, ſobre los pleytos que ouieren de razonar en juyzio, eſtando delante (1) aquellos cuyos Bozeros ſon, mucho las deuen catar, e aſmar afincadamente, ante que las digan, que ſean a pro de la parte, por quien abogan: e ſi tales fueren, deuenlas dezir; e ſi non, mejor es que las callen. Ca toda coſa que el Abogado dixere en juyzio, eſtando delante aquel a quien pertenece el pleyto, ſi lo non contradixeſſe, entendiendola, (2) tanto vale, e aſsi deue ſer cabida, como ſi la dixeſſe por ſu boca miſma el ſeñor del pleyto. Pero ſi el Abogado, o el ſeñor del pleyto, dixere en juyzio alguna coſa, por yerro, que ſea a daño de aquel por quien razona, bien la puede emendar, en qualquier logar que eſte el pleyto, ante que ſea dada (3) la ſentencia difinitiua, prouando primeramente el yerro. (4) Mas deſpues que tal ſentencia fuere dada, non

po-

(2) *Al Judgador.* Et audiri debent advocati à judicibus, vid. *in cap. infames*, & ibi gloſ. *ſuper parte maluerint*, 3. *quæſt.* 7.

(3) *Sabios antiguos.* Vide *eccleſ. cap.* 32. perit enim ſermo ubi benignus non præſtatur auditus, *cauſa* 6. *quæſt.* 1. *in cap. ex merito.* 13.

(4) *Apueſtamente.* Favus mellis verba compoſita, dulcedo animæ, & ſanitas oſsium. *Prover.* 16. & quod dulces ſunt in ſermonibus plus audiuntur, *de pœnit. diſtinctione ſecunda*, *cap. ſi enim*, vide Specul. *titul. de advocato*, §. *hic dicendum.*

(5) *E eſtonce deuen ſe acordar.* Et caveant ne adinvicem diſſentiant: nam omnis gens, & ſcientia in ſe diviſa deſolabitur, *cap. ſi ea* 25. *quæſtione* 2. & effuſa eſt *contemptio* ſuper principes: & errare eos fecit in invio, & non in via. *Pſalm.* 106. *in fin.* vid. Specul. *tit. de advocat.* §. *jam nunc dicendum*, *in fin.*

(6) *Palabras ſobejanas.* Nihil abſque labore manifeſtam fecit veritatem: ut brevis, & pura narratio. Bernar. *in libris de conſiderat. ad Eugenium*, *primo lib. ad fin.* & abſtinendum eſt à verbis ſuperfluis. *L.* 1. *ff. de offic. præfect. præt.* L. *fin.* §. *in refutatoriis*, *C. de appellat.* ait etiam Bernard. *in lib. de ord. vitæ*, *col.* 9. alliga, moneo, ſermonem tuum ne luxuriet, neve laſciviat, & in multiloquio peccata ſibi colligat: cito enim lutum colligit amnis exundans.

(7) *E non a grandes bozes.* Contra advocatos vociferantes, & boatu triumphali proloquentes invehit Specul. *tit. de advoc.* §. *nunc de exordio*, *colum.* 1. *verſ. ſunt etiam.*

(8) *Atraueſſar.* Adde *infra eod. L.* 12.

(9) *Palabras malas.* Concord. *L. quiſquis*, *C. de poſtul.* & *in cap. infames*, 3. *quæſt.* 7.

(10) *Defender que.* Vide *L. moris* 9. *in principio*, *ff. de pœnis*, & L. 1. §. *finali*, *ff. de offic. præfect. urb.*

(11) *Antel.* Sed coram alio poterunt, vel coram ſucceſſore ejus, *ut in lege Imperator. ff. de pœnis*, & *in lege fin. ff. de pœnis*, & tenet *gloſſ. in lege puto*, *in fin. ff. de poſtuland.* & hoc quia extra ordinem, & non cauſa cognita fuit prohibitus. Sed quia nimis improbè poſtulabat, *ut in dicta gloſſ.* & vide *L.* 12. *infra eodem.*

LEX VIII.

Si advocatus coram judice in præſentia partis intelligentis confiteatur: perinde eſt, ac ſi pars dixiſſet: ſi tamen pars, vel advocatus quòd nocivum dixit, poteſt quandocumque ante ſententiam diffinitivam revocare, poſtea verò non, niſi cauſa ſit minoris viginti quinque annorum. Hoc dicit. Habuit originem *à cap. fin. de confeſ.* & ibi gloſſ. notabilis, & *C. de error. advocat.* LL. 1. & 2. *C. de jur. & fact. ignor. lege error facti.*

(1) *Eſtando delante aquel.* Concordat L. 1. *C. de errore advocatorum*, & ſicut noceret factum, vel dictum advocati, parte præſente, ita debet prodeſſe, veluti ſi advocatus faceret aliquam interrogationem, qua pars confiteretur adverſa, ſecundum Albericum *in lege final. C. de errore advocat.* & Paul. *in lege* 1. *eod. titulo.*

(2) *Entendiendo la.* Iſtud verbum ſumptum fuit à gloſſ. *in dicta lege* 1. *C. de errore advocat.* quæ ad text. dicentem præſentibus addidit, & intelligentibus, & adde. L. *diem proferre*, §. *coram*, & ibi Bart. *ff. de receptis qui arbitrium*, &c. & procedit, quando unus dicit de præſentia alterius: nam ſi teſtis diceret factum ſe præſente ſatis ſubinfertur, & intelligente, vide Bart. *in lege* 1. §. *fin. ff. de authorit. tutor.* gloſſ. & Doctor. *in cap. præſentium*, *in verbo interrogatorio*, *de teſtib. in* 6. Bald. *in lege teſtium*, *C. eod.* & vide quæ not. Feli. *in procem. Decretal. colum.* 6. & 7.

(3) *Ante que ſea dada.* Et etiam poſt, ſi fuerit appellatum, ut *in lege fin. C. de errore advocat.* vide L. *creditor.* §. *juſſus*, *ff. de appel.*

(4) *Prouando primeramente el yerro.* Quid ſi revocaret infra triduum, an tunc teneatur oſtendere de errore, vide Paul. *in lege fin. C. de error. advocat.* dicentem, quòd tunc non ſit neceſſe, ut probetur error, & idem videtur

eſſe

podria el yerro emendar, ni deue ſer oydo; fueras ende, ſi el pleyto fueſſe de huerfano, menor (5) de veynte e cinco años. Ca en tal pleyto como eſte, tambien deue ſer oydo deſpues del juyzio acabado, como ante.

LEY IX.

Como el Abogado non deue deſcobrir la poridad del pleyto de ſu Parte a la otra.

L. 17. tit.16. lib. 2. Recop.

GVisada coſa es, e derecha, que los Abogados, a quien dizen los omes las poridades de ſus pleytos, que las guarden, e que non las deſcubran (1) a la otra parte, nin fagan engaño, en ninguna manera que ſer pueda, por que la otra parte, que en ellos ſe fia, e cuyos Abogados ſon, pierdan ſu pleyto, o ſe les empeore. Ca pues que el recibio el pleyto de la vna parte, en ſu fe, e en ſu verdad, non ſe deue meter (2) por conſejero, nin por deſengañador de la otra. E qualquier que contra eſto fiziere, (3) deſque le fuere prouado, mandamos, que dende adelante ſea dado por ome de mala fama, e que nunca pueda ſer Abogado, nin conſejero, en ningun pleyto. E demas deſto, que el Judgador del logar le pueda poner pena porende, (4) ſegun entendiere que la merece, por qual fuere el pleyto, de que fue Abogado, e el yerro, que fizo en el malicioſamente. Otroſi dezimos, que ſi la parte que lo fizo ſu Abogado, menoſcabare alguna coſa de ſu derecho por tal engaño (5) como ſobredicho es, o fue dada ſentencia contra el; que ſea reuocada, (6) e que no le empezca, e que torne el pleyto en aquel eſtado, en que era ante que fueſſe fecho, ſi fuere aueriguado.

LEY X.

Si el que fuere Bozero, o ſabidor del pleyto de la vna Parte, puede ſin maleſtança ſer Abogado de la otra Parte en aquel miſmo pleyto.

Ley 7. tit.16. lib. 2. Rec.

VIenen los omes a las vegadas, e mueſtran a los Abogados ſus pleytos, e deſcubrenles ſus poridades, porque puedan mejor tomar conſejo, e ayuda dellos. E acaece a las vezes, que deſpues que ellos ſon ſabidores del fecho, que ſe tienen malicioſamente, diziendo que los non ayudaran, ſi non por precio deſguiſado. En tal caſo (1) como eſte dezimos: que ſi la parte que deſcubrieſſe ſu pleyto al Abogado, le quiſieſſe pagar ſu ſalario (2) conueni-

ble,

eſſe de mente Alberic. ibi, cum dicit, quòd videtur fieri in continenti, ſi revocatur infra triduum. Cogita quia iſta lex indiſtinctè requirit probationem erroris.

(5) *De huerfano menor*, &c. Vide L. 2. *C. ſi adverſus rem judi.*

LEX IX.

Si advocatus doloſè ſecreta ſui clientuli parti adverſæ denudat vel revelat: hoc probato, prohibetur per judicem patrocinari perpetuò, & erit infamis pœnam quæ ſecundum litis, & malitiæ qualitatem, & quantitatem arbitrariam ſuſtinebit, & ſi ex hoc pars fuit damnificata, vel ſententia contra ipſam fuit prolata, debet revocari, & cauſa in ſtatu, in quo ante erat reduci. Hoc dicit.

(1) *E que non las deſcubran. L. omne delictum* 6. §. *exploratores* 4. *ff. de re milit. gloſſ.* 2. *quæſt.* 3. §. *notandum*, *verſ. prævaricator.*

(2) *Non ſe deve meter.* Hinc eſt quòd advocatus non tenetur oſtendere adverſario jura quæ pro ipſo faciant, ut not. *gloſſ. in cap.* 1. 4. *queſt.* 4. & adverte, quòd hæc lex tantum videtur loqui, cum adverſarius communicavit in dolo cum advocato. Quid autem ſi ibi malitia advocati non intervenit. Dic, quòd etiam procedit iſta lex quoad pœnam infligendam advocato: ſed quoad damnum partis, ut lis iterum ſuſcitetur, non procedet, ſecundum Cin. *in dicta lege* 1. *C. de ordin. judic.* niſi advocato non exiſtente ſolvendo. Alberic. ibi refert alios tenentes contrarium: quibus videtur acquieſcere, cum *L.* in hoc non diſtinguat.

(3) *Que contra eſto fiziere.* Habuit ortum iſta lex *à lege* 1. *C. de advocat. diverſ. judic.* & ab his quæ ibi not. Azo. *in ſumma*, *verſ. ſi injungitur*, & ab his quæ not. Specul. *tit. de advoc.* §. 1. *verſ.* Item quòd eſt prævaricator, & infidelis, & *à lege* 1. & *L. ſi is* 4. *ff. de prævaricatione*, & *à lege athletas* 4. §. *prævaricator. ff. de his qui not. infam.*

(4) *Pena porende.* Vide in ordinationibus advocatorum, nam ultra iſtam pœnam imponit aliam privationis ſ. ab advocationis officio, ſub pœna amiſsionis mediæ partis bonorum, quam pœnam privationis incurrunt ipſo facto, ut ibi habetur, committit etiam iſte revelans ſecreta cauſæ, crimen falſi, *L.* 1. *tit.* 7. *part.* 7.

(5) *Por tal engaño.* Si tamen propter hoc pars non fuerit damnificata: quia nihilominus ferenda erat ſententia contra eam, tunc non procedet quòd hic in fin. hujus legis dicitur, ſecundum Cin. & Paul. de Caſtr. *in dicta lege* 1. *C. de ord. jur.*

(6) *Sea reuocada.* Et ſic, ſententia non eſt ipſo jure nulla, prout dicebat Cin. *in dicta lege* 1. ſed vel eſt petenda reſtitutio contra eam: vel agendum actione primęva, & ſi excipiatur de ſententia, replicabitur de prævaricatione advocati, quando adverſarius fuit in communione doli cum advocato, ut declarant ibi Doctor. ſignanter Salic. quem vide, ubi etiam vide, quid ſi advocatus fuit corruptus per pecuniam ab adverſario, vel alio.

LEX X.

Poſtquam advocatus ſcit ſecreta litis nolens, pro moderato ſalario bonorum virorum arbitrio poſtulare: compellitur per judicem, niſi litigator malitioſè revelet ſecreta multis, ut adverſario recludat advocatos, tunc judex indulgeat, & det alteri parti advocatum, licèt ſciat alterius ſecreta. Item mortuo eo contra quem poſtulat advocatus, ſi ejus filiorum tutelam ſuſtineat advocatus: poteſt in lite filiorum pupillorum nomine contra illum quem defendebat poſtulare. Hoc dicit.

(1) *En tal caſo.* Concordat *L. fin. ff. de poſtul.* & ibi notata per gloſſ. & per Specul. *tit. de advocat.* §. *nunc tractemus*, *verſ. ſed nunquid poſtquam nudaſti.*

(2) *Su Salario.* Vult iſta lex, quòd advocatus cui pars nuntiavit ſecreta ſuæ cauſæ, non poſsit advocare pro parte adverſa, ſi labori ejus pars ſatisfecerit: ſed non aperit an poſt nudata ſecreta cauſæ teneatur advocatus ſuperſedere expectans, an ſibi velit ſolvere, vel non: in quo fuerunt opiniones, nam gloſſ. *in dicta lege fin. ff. eod.* dicit, quòd tunc poterit advocare pro alia parte, & quòd ita fuit judicatum; & idem vult Specul. *in dicto verſ. ſed nunquid.* Albericus *in dicta lege fin.* refert opiniones pro utraque parte, & tandem dicit, quòd ipſe ſemper abſtinuit ab hoc poſtquam dedit conſilium uni parti, & quòd hoc ſit honeſtius, quidquid ſit de jure. Odofr. & alii Doctor. ſecundum quòd refert ibi Paulus, dicunt, quòd ſi oſtendiſti jura tua, & requiſiviſti advocatum de patrocinio, & ipſe dedit tibi ſpem: ſi poſtea non ſtet pro te, quia vis eum pro advocato, & ſibi ſolvere, non poterit adverſæ parti patrocinari: ſed ſi non requiſiſti eum, vel pro te ſtat, quominus ipſe ſit tuus ad-

vo-